Uidiſti vi.7c. Quecunqȝ velocẽ videris in ope ſuo .i. bonũ qd ſuũ erat facere ſtrenuũ atqȝ ſolicitum ſcito hunc in iudicio coram apoſtolis . q̄ cum chriſto iudicabunt eſſe ſtaturũ.quia coꝝ iuſſa ſeruauit·neqȝ i ſiniſtra

cũ ignobilibꝰ doctoribꝰ quoꝝ cauit errorē eſſe ponēdũ. Ca. XXIII.

Qñ ſederis ꝛc. All'. Legendum eſt. qñ ſederis legēdo cũ magiſtro. vt pane verbi reficia‑ ris diligenter intellige que ſcripta ſunt. et di‑ ſcretionem ſacre lectio nis in tua locutiōe cō‑ ſerua ſi tam talis es et tantũ eruditus q̃ ĩ po teſtate habes animaꝫ tuam. Guttur naq̃ꝫ ꝓ locutione poſuit quia in gutture vox. cultrũ pro diſcretione q̃ꝛ eo ſecamus. Sedens er‑ go vt comedat. cultrũ ĩ gutture ſtatuit. qñ is qui diuina eloquia ſe dulus meditat̃. diſcre ta ex ore illa verba de promit. nec alia ſepiuſ in ligua q̃ꝫ celeſtis ora culi volutat verba. hoc aũt eius eſt facere q̃ in poteſtate habꝫ animã ſuã. i. nobilē ſapientis animi ſtatũ. int̃ errores fallentiũ elegit. Unde bñ ſubiũgit. Ne deſi‑ deres de cibis eius

Ne deſi. de ci‑ bis. eiꝰ ꝛc. Hoc eſt ne deſideres eiꝰ auſcul tare ſermonibꝰ. q̃ dul‑ cedine mendacij audi‑ tores fallit.

Pone modũ. De q̃ ſupra. Ne tranſ grediaris terminos an tiquos q̃s poſu. pa. ſcꝫ terminos fidei ꝛ ve ritatis datę a patribꝰ

Ne come. ꝛc. id eſt. ne de ſcripturis cum heretico loquariſ qui inuidet humanę ſa luti. mallens decipere q̃ꝫ corrigi. q̃m ſic ario lus ꝛ ꝯiectator ſomni‑ orum eſtimat q̃ igno‑ rat. ita hereticꝰ q̃ non intelligit in ſcripturis vt libet interp̄tatur

Comede ꝛc. Se cũrus ĩquit diſce q̃ di co et age que doceo. cum in his que docet ipſe fidem certam non habeat. ſciens ſe finxiſ ſe que docet.

Cibos ꝛc. Sen‑ ſus ꝑuerſos quos ab hereticis didiceras. ne‑ ceſſe eſt vt vel ꝑ peni‑ tentiam corrigendꝰ de ſeras. vel pro his poſt mortem penas ſuſtine as. perdaſq̃ꝫ ſermones confeſſionis quibus eis ꝓdicantibus humiliter fauendum eſſe putaueras

In auribꝰ ꝛc. Nolite ſanctum dare canibus neq̃ꝫ mit. mar. in. por. ſicut ammonuit ne hereticoꝝ doctrinis auſcultares. ita nunc ne amore va‑ ne glorie ſeductus immundis hominibꝰ paſſim archana veritatis ĩgeras.

Ne attin. ꝛc. Propinquũ ꝑuulorum et pupilloꝝ dominum appel‑ lat. quia cum eſſet in carne. pauꝑm magis q̃ꝫ diuitum ꝯſors fieri dignat̃ eſt. Alioquin idem dominus eſt omniũ diues in omnes qui inuocãt illum.

Ca XXIII

QVando ſede‑
ſ legendo
ris vt comedas cum pri‑
cipe. diligenter attende que ſunt
ſ ſcripta ſ diſcre
poſita ante faciem tuã. ꝛ ſtatue cul
tionē. † ſ locutione
truꝫ in † gutture tuo. ſi tñ habes in
ſ .i. non deprauatam errore.
poteſtate animã tuam. Ne deſide
ſ ſermonibus
res de cibis eius. in quo eſt panis
ſ vltra modum
mendacij. Noli laborare vt diteriſ
ſed prudentie tue pone modũ. Ne
ſ mētis † ſ diuinitatis ꝑſcrutãdaſ
erigas oculos tuos ad † opes quaſ
ſ penetrare. ‡ ſ quia celeſtibus
non potes habere. q̃ꝛ ‡ faciunt ſibi
tantum ciuibus patent
pennas quaſi aquile ꝛ volabunt i
ſ panē ſcripture
celum. Ne comedas cum homine
ſ heretico
inuido. et ne deſideres cibos eius
quoniã in ſimilitudinem arioli et
ſ quia vt vult diuinat. ‡ ſ interpretat̃.
coniectoris ‡ extimat q̃d ignorat.
ſ Age q̃ doceo ſ diſce † ſ i his q̃ docet
Comede et bibe dicet tibi. ꝛ † mens
† ſ ꝑuerſam doctrinã quã didiceras.
eius non eſt tecũ † Cibos quos co‑
† ſ ꝑ penitentiã vel eternã penã. ‡ ſ quibꝰ eis
mederas † euomes. ꝛ perdes ‡ pul‑
humiliter fauiſti ſ quoq̃ꝫ
cros tuos ſermones. In auribus
inſipientium ne loquaris. quia de
ſpicient doctrinã eloquij tui. Ne
ſ ſpũ ſ fidei
attingas paruulorũ terminos. et
ſ ꝓs ſacrilegij eſt rem pauꝑm nõ dare pauꝑibꝰ
† ſ inquietando ſ chri
agrum pupilloꝝ ne † introeas Pro
ſtus ‡ ſ Felices artes ſi de il
pinquus em̃ illoꝝ fortis eſt. ‡ ipe
lis ſoli artifices iudicarent
iudicabit cõtra te cauſam illorum.
ſ perſcrutando
Ingrediat̃ ad doctrinã cor tuũ. et
ſ audiendo ſ Qui
aures tue ad verba ſcientie. Noli
parcit virgis odit filium
ſubtrahere a puero diſciplinam. ſi
em̃ ꝑcuſſeris eum virga. non mo‑
rietur. Tu virga ꝑcutis eum. ꝛ ani
mam eius de inferno liberabis Fi
li mi ſi ſapiēs fuerit animꝰ tuꝰ. gau
debit tecum cor meũ. et exultabũt
ſ Caro rationi ſubdita.
renes mei. cum locuta fuerint re‑
ſ vel mea
ctum labia tua. Nõ emulet̃ cor tu‑
um peccatores. ſed in timore dñi
ſ omni tp̄e ſ beatitudis
eſto tota die. quia habebis ſpem i
ſ huiꝰ vite ſ corona vite
nouiſſimo. ꝛ ꝓſtolatio tua nõ aufe
ſ audiendo
retur. Audi fili mi ꝛ eſto ſapiens. ꝛ
ſ veritatis.
dirige in via animũ tuũ. Noli eſſe
in conuiuijs potatoꝝ. nec ĩ come
ſationibus eoꝝ qui carnes ad ve‑
ſcendum cõferunt. quia vacantes
ſ vl' dantes ſ vl' cõ
potibus ꝛ vocantes ſimbola abſu
ſumentur
ment̃. ꝛ veſtiet̃ pannis dormitatõ
ſ vt ſupra ſ aqua et ſpũ
Audi patrē tuũ qui genuit te. ꝛ ne
ſ in tribulatõe. † ſ eccleſia.
contēnas cum ſenuerit † mater tua.
ſ dñi ſ ꝑcio corꝑis. ‡ ſ gratis accepiſtis
Ueritatē eme. ꝛ noli ‡ vendere ſapi
gratis date.
entiam ꝛ doctrinam ꝛ intelligenti
am Exultat gaudio pater iuſti. qui
ſ de tu
ſapientē genuit: letabit̃ in eo. Gau
is operibus † ſ deꝰ ſ eccleſia.
deat † pater tuus ꝛ mater tua. et ex‑
ſ Sacerdos qui te baptiſauit qui te eru
ultet qui genuit te. Prebe fili mi
diuit a paruulo ſ interiorẽ ſ vite.
cor tuuꝫ mihi. ꝛ oculi tui vias me
ſ Infernus
as cuſtodiant Fouea em̃ profũda
ſ hereticꝰ ſ idem.
eſt meretrix. ꝛ puteus anguſtꝰ alie
na Inſidiatur in via quaſi latro. ꝛ
ſ vl' inuiderit vl' inuenerit.
quos incautos viderit interficiet
ſ eternũ. † ſ qui exemplũ alijs vel dyabolus
‡ ſ diſcordie.
Cui ve † cuiꝰ patris ve. cui ‡ rixe. cui
ſ viciorum
fouee. cui ſine cauſa vulnera. cui

Poſſumus ꝑ pupil los et paruulos illos accipere. de quibꝰ dici tur. Videte ne contē natis vnum de puſil‑ lis iſtis qui in me cre‑ dunt. Dico em̃ vobiſ quia angeli eoꝝ in ce‑ lis ſemꝑ vident facieꝫ patris mei qui in celis eſt. Quoꝝ agros et ter minos qui attigerit. i. qui conuerſatõnē eoꝝ bonam inquietãdo le ſerit. iudicium domi‑ ni non euadit.

Nõ emu. ꝛc. Si tota die. id eſt. ſi to‑ to temꝑe huius vite ꝛ exempla peccatoꝝ vi‑ taueris. et dñm timu‑ eris. habebis ſpem be ate retributionis ĩ no uiſſimo. i. in huius vi‑ te fine. Unde in apo‑ calipſi. Eſto fidelis vſ q̃ꝫ ad mortem. ꝛ dabo tibi coronam vite.

Noli ee ĩ cõ. ꝛc. Carnes ad veſcenduꝫ conferre. eſt in collocu‑ tione derogatiõis vi‑ ciſſim vicia ꝓximorũ dicere. de quorum pe na mox ſubdit̃. q̃ꝛ va‑ cantes potibus ꝛc.

Simbolum colla‑ tio. vel ſermonũ vt in conſilio. vel pecuniaꝝ vt ĩ ꝓſenti loco Po tibꝰ ẽ vacant. qui de oꝓꝓbrio aliene vite ſe inebriant. Simboluꝫ dare. eſt ſic in confabu latione verba cõferre ſicut pro parte eꝰ q̃ꝫ ci‑ bos ad veſcendũ. Sꝫ vacantes potibus et dantes ſimbola cõſu‑ ment̃. quia omnis de‑ tractor eradicabit̃. Ve ſtietur aũt pannis dor mitatio. q̃ꝛ deſpectũ ꝛ inopem a cunctis bo‑ nis opibus mors ſua inueniet. quē hic alie‑ ne vite exquirẽdo cri‑ mina detractõnis ſue langor occupauit.

Cui ve ꝛc. Que rit diſputãdo q̃bꝰ ſce leribꝰ maxia pena ſer‑ uetur. et rñdet rõcinã‑ do. q̃ꝛ his q̃ ꝑ ebrieta tem deuoluunt̃ ad lu xuriam. Cui inquit ve cuius patris ve. Ve eternũ interitũ dicit. Unde Ve homini illi ꝑ quē ſcandalũ venit. Pater eius cui ve. hõ a quo mali exempla ꝑcepit. vl' dyabolus qui ſuggeſtionē ĩfudit. de quo iudeis Vos ex patre dyabolo eſtis. Cui rixe. cui fo. Rixe. q̃ꝛ ꝯcordiã nõ ſeruat. quem ebrietas ſenſus impotentē reddit Fouee. q̃ꝛ paſſim in uolutabro omnium vicioꝝ cadere nõ trepidat. qui inter bonũ et malũ quaſi inſanꝰ diſcernere

ignorat· ⁊ ſepiſſime foueam incidit· de qua. Fouea em̄ pfunda eſt· ⁊ meretrix ⁊c. Cui ſine cauſa vulnera· quia multi nimis poti· vulnera p timorem acceperunt· que nulla ferri cauſa ptulerunt. Cui ſuffoſſio oculoꝝ quis immoderatus hauſt⁹ vini· ⁊ exterioris ⁊ interioris viſus ingerit cecitatem.

Nōne his. No vetat bibere vinum ad neceſſitatem· ſ morari extra temp⁹ ⁊ vtilitatem in vino· ⁊ euacuandis certare calicibus· Unde yſaias. Ve qui potētes eſtis ad bibendū vinum. ⁊ viri fortes ad miſcēdā ebrietatem

Oculi tui ⁊c. Pene naturale viciū eſt· poſt vina in corde mulierem concupiſcere comitante etiaꝫ turpitudine verborum

Et eris ſi dor. ⁊c. In mari dormiūt qui in hui⁹ mundi tēptationib⁹ poſiti· ꝓuidere irruentium viciorꝫ quaſi cumulos vndarum negligūt· et qui ſopit⁹ gubernator dauum amittunt· qn̄do mens ad regendā nauem corporis: ſtudiūꝫ ſolicitudinis pdit.

Uerberauerūt. Vox pcuſſi ⁊ dormiētis. Mens em̄ a cura ſolicitudinis dormiēs verberatur ⁊ nō dolet quia imminētia mala non pſpicit· Sic nec q̄ ppetrauerit agnoſcit· trahit et non ſentit· q̄r p illecebraſ vicioꝝ ducit· nec tñ ad ſui cuſtodiam ſuſcitat. Vigilare optat vt rurſū vina reperiat. Quāuis em̄ ſomno torporiſ pſſus ſe non cuſtodiat. vigilare tñ ad curas ſeculi nitit· vt ſemper voluptatib⁹ debriet·

Ca XXIIII.

Ne emu. ⁊c. Ne deſideres imitari quos predictis viciis videris implicari· ſed ſapientie opam dare curato. Unde ſubdit Sapientia edificabit domus

ſuffoſſio oculoꝝ: Nonne his qui

(vltra neceſſitatē)

cōmorant in vino· ⁊ ſtudent calicibus epotandis: Ne intueris vinū quādo flaueſcit cum ſplenduerit i vitro color eius. Ingredit blande ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber· ⁊ ſicut regulus venena diffū

(ad cōcupiſcendū) (mlieres)

det. Oculi tui videbunt extraneaſ

(res contumelioſa ebrietas)

⁊ cor tuū loquet pu̾ſa· Et eris ſi

(mundi tempeſtatibus.)

cut dormiēs in medio mari· ⁊ qua

(ſine cura) (corpis·) (mēs·) (ſolicitudinis ſtudio) (demones)

ſi ſopit⁹ gubernator amiſſo clauo· ⁊ dices. Uerbera uerūt me ſed nō

(ignoraui·) (p vicia)

dolui· traxerunt me ⁊ ego non ſen

(ad curas ſeculi) (voluptates)

ſi. Quando euigilabo et rurſus vina reperiam.

Ca. XXIIII.

NE emuleris vi

(p̄dictos)

ros malos· nec deſideres eſſe cum eis: quia rapinas meditat mēs eoꝝ. ⁊ fraudes labia eo

(que eſt chriſtus.)

rum loquunt· Sapientia edifica

(eccleſia.)

bitur domus· ⁊ prudētia robora

(ſapie·) (donariis virtutū:) (corda iuſtorum)

bitur In doctrina replebunt cella

(et in eis)

ria. vniuerſa ſubſtātia p̄cioſa et pulcerrima Uir ſapiens fortis eſt· ⁊ vir doctus robuſtus ⁊ validus· quia cum diſpoſitōe initur bellum ⁊ erit ſalus vbi multa ꝯſilia ſunt.

Uir ſapiēs ⁊c. Non omnis fortis ſapiens· ſed econuerſo. quia et ſi corpore debilis eſt· ſi aſſit ſapientia. omnia fortis aduerſarij· id eſt· dyaboli certamina vincit

Excelſa ⁊c. Non poteſt ſtultus ad ſapientiā aſcendere· quia in infimis vicioꝝ iacet· qui et ſi in preſenti ſe aliquid ſape putat· in porta. id eſt. in exitu huius vite nihil fuiſſe inueniet·

Qui cogitat ⁊c. Aperit quē ſtultum dicat· non ingenio tardum· ſ et qui vel cogitando peccat.

Si deſpera. ⁊c. [illegible]rabili⁹ deſperatōe· quā q̄ habuerit. ⁊ i generalibus hui⁹ vite laborib⁹· ⁊ q̄d peius ē i fidei certamīe ꝯſtantiā pdit

Erue eos ⁊c. Erue eos q̄ ab hereticis decipiunt· rectā fidē p̄dicādo libera eos qui a male viuētib⁹ catholicis trahunt ad interitū exēplo bonoꝝ opm inſtruendo. Sꝫ ⁊ ſi quos ī certamine pſecutōis lapſoſ vl' lapſuros ſpereris ad vitā exhortādo reſtaura· ſi quos fame· ſi algore pituroſ victu veſte recrea

(Alta et remota ob ſupbiam.)

Excelſa ſtulto ſapientia· in porta n̄ aperiet os ſuuꝫ. Qui cogitat mala facere· ſtult⁹ vocabit Cogitatō ſtulti peccatum eſt· ⁊ abominatō hominū detractor. Si deſperaueris in die lapſus anguſtie· imminuet

(Eos bū docēdo·) (ab hereticiſ)

fortitudo tua Erue eos q̄ ducunt

(vel in certamine pſecutionis)

ad mortem· ⁊ qui trahūtur ad inte

(lapſuros vel fame pituros recrea) (Noli diſſimulare.)

ritum liberare ne ceſſes. Si dixeris vires non ſuppetūt· qui inſpe

(quem timere debes.)

ctor eſt cordis ipe intelligit· et ſeruatorem anime tue nihil fallit· red

(omni ita et tibi·)

detqꝫ homini iuxta opa ſua Come

(doctrinam ſapientie)

de fili mi mel quia bonū eſt· et fauum dulciſſimū gutturi tuo. Sic ⁊ doctrina ſapiētie anime tue· quā cum inueneris· habebis in nouiſſimis ſpem. ⁊ ſpes tua nō pibit Ne iſidieris ⁊ queras impietatem i domo iuſti· neqꝫ vaſtes requiē eius.

(Als· Septies enim in die cadet iuſtuſ)

Septies em̄ cadet iuſtus ⁊ reſurget· impij aūt corruent in malum· Cū ceciderit inimicus tu⁹ ne gaudeas· ⁊ in ruina ei⁹ ne exultet cor tuū· ne forte videat dn̄s ⁊ diſplice

(te cadente i peccatū·)

at ei· et auferat ab eo iram ſuā. Ne cōtendas cum peſſimis· ne emuleris impios· qm̄ nō habent futurorum ſpem mali· ⁊ lucerna impioꝝ

Comde fi. ⁊c. Melli ⁊ fauo cōpat doctrinā ſapie Quia ſic illa ceteris cibis· ita hec doctrinis p̄cellit ceteris Uel aūt q̄d in pmptu ē moralē litere ſupficiē notat· fauus vbi mel in cera allegoriā. vbi ablato velaīe litere· ſpūalis ſuauitaſ labore aliquo et mora pcipitur.

Ne inſidi. ⁊c. Ne q̄ras occaſionē· p quā deroges homini iuſto ille em̄ ſi ceciderit cito reſurget· nec iterat malū. Impij ꝯo ſic corruunt vt nō reſurgant. Vn̄ ſubiūgit. Septies cadet iuſt⁹ i die· ⁊ reſur· impij ꝯo ⁊c

Septies ⁊c Iuſtus di ⁊ cadere. i. peccare memorat· q̄r de leuib⁹ peccatis agit· ſine q̄b⁹ hec vita nō ducit p ignorantiā em̄ l' obliuionē· vl' ſubreptōꝫ· p neceſſitatē· vl' fragilitatē carnis· ſingul' diebus vl' inuiti vl' volentes freq̄nt peccamus· ⁊ tñ reſurgit iuſt⁹ q̄r iuſtus eſt. nec ei⁹ iuſticie hūana p̄iudicat fragilitas· vn̄ cū de iuſto loquat· nō addit in malū· q̄r ⁊ ſi malū ē q̄ cadūt· ne hereāt i malo citi⁹ reſurgūt. At ꝯtra Impij antē corruūt in malū· q̄r cū ceciderit· l' q̄d grau⁹ eſt corruerit id ē criminalit peccauerint· ſic peccato aſſentiunt vt non peniteant

Cum ceci. ⁊c. Supra iuſto inſidias vetuit. nūc āt vt te reddat pfectū in omnib⁹ inimicis etiā ſi peccauerint· aut quid aduerſi incurrerint inſultare prohibet· ne forte ſi miſerante domino ad penitentiam redierint· et tibi amici fideles fuerīt. erubeſcas quia aliq̄n illos deſpexeris. quos diuina grā ad vitam ſeruauerat. ſ q̄ntū potes iacentibus condole. ⁊ vt reſurgāt iuua. et ſi effectus conatum ſequitur. gaudebis de ſanato quem egrotum dolueras. Si non. beniuolentie tamen fructu non carebis ante deum. Uel ita. Non gaudebis de caſu inimici tui· ne forte dominus ſuperbiam tuam. que illi abſqꝫ dubio diſplicet. hoc ordine illum deijciens humiliet. ne te cadente in peccato: ille reſipiſcens ſanetur.

¶ Time dñm ꝛc. Poteſt p dñm et regẽ pater et filiꝰ intelligi .q̃ eodẽ diuinitatis honore colẽdi ſunt. Qui em̃ nõ honorificat filiũ·nõ honorificat patrẽ q̃ miſit illũ ꝛc. cũ detrac. ñ ↄmiſcearis. cũ ill'.ſ.q̃ dicẽtes ſe deũ patrem noſſe·filiũ dei in carne apparentẽ noluerũt recipe. qm̃ repente conſurget pdi.c.ꝛ rui. vtriuſqꝫ q̃s nouit. Vtriuſqꝫ ꝛ detrahẽtis·ꝛ ei fauentis· derogantiũ chriſto .pncipum ꝛ decepti ab eiſ populi .ꝛ lacerantium fidẽ hereſiarcharũ· et auſcultantiũ illis auditorum.

¶ Hec quoqꝫ ꝛc. Oĩs reprobus q̃s repentino interitu rapiat a ſeculo. Vel hec q̃ qꝫ ſapientib ſunt obſeruanda·q̃ et doceãt ne detractorib ↄmiſceantur·quia hoc ſpecialiter vicio pditaꝛ totum pene genus hũanum. Vnde aug'. in menſa ſua. Quiſquis amat dictis abſentũ carpe vitam· Hãc mẽſam indignam nouerit eſſe ſibi

¶ Alia tranſlatio aptius. Hec nobis·ſubaudi ignorata ſunt·ſapientiã agnoſcentib. Vĩ ſequentiũ poteſt eſſe principiũ. Cognoſcere pſonã in iudicio. ꝛc. Supra regẽ timere docuit·et nunc pſonam in iudicio cognoſcere vetat. Vnde colligitur·quia ita principibus oportet ſeruire vt eoꝝ reuerentia vel timore nunqꝫ a via veritatis recedatur.

¶ Labia de. ꝛc. Oſculũ pacis ꝛ amoris ſignum eſt. Qui ergo recte reſpondet·labia deoſcu. quia quicunqꝫ neglecta acceptione pſonarum·ſola vba iuſticię ſequitur·inſipientib forte grauis videtꝛ et auſterus. Multos tñ cum quib pacẽ habeat·multos prudẽtes qui ſua vba cũ amore ↄplectantꝛ inueniet·et eoſdẽ qui ſepe aduerſabantꝛ i melius conuerſos

¶ Prepara fo. ꝛc. Prepato opꝫ·agrum diligenter exercere. eſt euulſis ĩiquitatis ſentibus. actionẽ noſtraꝫ ad frugem retributionis excolere·et poſt agri exercitium domũ edificare· qꝛ plerunqꝫ ex bonis opib diſcimus·q̃ꝫtam vitę mundiciã ꝛ in cogitatõe conſtruamus· Ille em̃ exterius domũ ędificat· qui primũ agrum corporis a ſpinis viciorum purgat ne ſi deſiderioꝝ ſentes in carnis agro proficiant intus tota virtutũ fabrica famę boni creſcente deſtruatur.

¶ Per agrũ ho. Per agrũ vineãqꝫ pigri ac ſtulti tranſire. eſt cuiuſlibet vitam ĩſpicere negligẽtis·quã vrticę vel ſpinę replent. quia in corde negligentiũ prurientia terrena deſideria ꝛ punctiones pullulant vicioꝝ. Vñ In deſiderijs eſt omnis ocioſus. Et maceria lapidũ in vinea vel agro viri ſtulti deſtructa iacet·cum incepta virtutũ munimina·vel improbitate hominũ deceptꝰ· vel dyaboli pſuaſione quiſqꝫ negligens pdit.

(Que ſunt dei deo.)
extinguetur. Time dominũ fili mi
(Que ſunt ceſaris ceſari)
ꝛ regem · ꝛ cum detractoribus nõ cõmiſcearis· qm̃ repente cõſurget perditio eoꝝ · ꝛ ruinã vtriuſqꝫ q̃s
(ſubaudi ignorata ſũt.)
nouit · Hęc quoqꝫ ſapientibꝰ. Cognoſcere pſonã in iudicio · non eſt bonũ. Qui dicunt impio iuſtꝰ es · maledicent eis populi · ꝛ deteſtabuntꝛ eos tribus. Qui arguũt laudabuntur·ꝛ ſup eos veniet benedictio. Labia deoſculabitꝛ· qui recta verba reſpondet. Prepara foris opus tuum·et diligenter exerce agrum tuũ·ꝛ poſtea ędifices domum tuã. Ne ſis teſtis fruſtra con
(nõ foueas ĩ peccatis)
tra primũ tuũ·nec lactes queq̃ꝫ la
(malũ p malo nõ reddas)
bijs tuis· Ne dicas quomõ fecit mihi ſic faciam ei·ꝛ reddã vnicui
(Quia reprobi pdicta facere negligunt·recte ſubiungit·per agrum hominis pi. trã.)
qꝫ ſcdm opus ſuum. Per agrum hominis pigri tranſiui·ꝛ p vineaꝫ ſtulti viri. Et ecce totũ repleuerãt vrticę·operuerant ſupficiem eius ſpinę·et maceria lapidũ deſtructa erat· Quod cum vidiſſem poſui i corde meo· ꝛ exemplo didici diſciplinam. Vſqꝫquo piger dormis: vſqꝫ quo de ſomno conſurges: Paruꝫ inq̃ꝫ dormies·modicũ dormitabiſ Paurillũ manus ↄſeres vt quie

¶ Ca. XXV
¶ He quoqꝫ parabole ꝛc. Hinc nouo ordine loq̃ incipit· ꝛ vt non ad audientẽ·ſ̃ ſcã q̃ d .rõ veritatis habeat ptractet·in qb tñ q̃ſqꝫ q̃d cauere: q̃d appetere debeat agnoſcat. Quas q̃dem pabolas viri ezechię tranſtuliſſe dicũtꝛ qꝛ forſitan vſqꝫ ad eũ diſpſę habebãtꝛ a plibuſ. put ex ore ſalomonis ſemel dictas rapuerant.ſ̃ p eiꝰ ĩduſtriaꝫ collectę: huic libello inſertę ſunt. Notandũ qꝛ in his pabolis multo pl'a ſunt allegorica. q̃ꝫ in ceteris. ex collatõne reꝝ.ſ.q̃ figuris apte videntur

¶ Gloria dei Gloria dñi in carne apparẽtis·ẽ hũanitatis magis q̃ꝫ diuinitatis naturã mortaliũ oculis oñdere·ꝛ ſe potiꝰ miraculis ꝛ miſticis locutõnib q̃ꝫ aptis verbum dei·i. filiũ fateri. Vñ ſe magis filiũ hoĩs q̃ꝫ filiũ dei appellat

¶ Inueſtiga. ſer. Sermonẽ q̃ ſe deũ q̃ꝫ uis obſcure ſignificat vt illud. Ego ꝛ pater vnũ ſumꝰ·ꝛ hmõi. Deniqꝫ celãs diuinitateꝫ ꝛ oſtendẽſ hũanitatẽ ait Quẽ dicũt hoĩes ẽẽ filiũ hoĩs. Cui petrus ĩ neſtigato ſermõe· Tu es chriſtꝰ fi. d. vi. Qui nõ pũa inueſtigatõis gl'am meruit · nã ilico audiuit. Beatꝰ es ſymon bariona·qꝛ ca.e. ſan. ꝛc.

¶ Celũ ſurſũ ꝛc. Sicut altitudo cęli·ꝛ pfunditas terrę ab hominibꝰ ſciri non põt· ita ſciẽtia aploꝝ et pphetaꝝ q̃ archana diuinitatis ſpũ reuelãte cognouerũt·noſtrã fragilitatẽ tranſcendit.

¶ Aufer im. ꝛc. Aufer impietatẽ pſequẽdi chriſtianos de animo ſauli vel hmõi et cũ chriſtũ pdicare ceperint· firmabitꝛ iuſticia· cathedra doctrię eoꝝ·quã prius ad ruinam ſua ĩpellebat ĩpietas cũ iuſticię dei repugnãtes ſuã volebãt ſtatuere·

¶ Aufer ĩpietatẽ ꝛc. Qui pſunt popul'.ſi volũt firmũ ẽẽ ſoliũ ſuũ ſp hilaritate ꝛ grã vultos pleos exhibeãt ne p arrogãtiã rigidi plebiſ odiũ ĩcurrãt

¶ Ne glorioſus. Sic ſupiꝰ plãtũ·nũc ſubditũ monet. illũ vt hilarem vultũ oñdat ſubiectis·hũc ne in ↄſpectu maioꝝ arrogãs appareat. ſed in mediocri poſitꝰ loco: ſupius euocari mereatꝛ. Vñ Cũ inuitatꝰ fu. ad nup. re. in no. lo. Põt in rege ꝛ principe dñs intelligi. ĩ cuiꝰ ↄſpectu nos ſp humiliari neceſſe ẽ. Vñ. Hũiliami ſub po. ma. d. vt ex·vos ĩ tem. viſitatõis.

ſcas·ꝛ veniet tibi quaſi curſor ęgeſtas tua·ꝛ mẽdicitas tua quaſi vir armatus.

¶ Ca XXV

He quoqꝫ parabole ſalomonis · quas tranſtulerunt viri ezechię regis iu
(in carne apparẽtis) (deitatis.)
da. Gloria dei eſt celare verbũ·et
(aploꝝ) (pſcrutari)
gloria regũ inueſtigare ſermonem· Celum ſurſum ꝛ terra deorſum · et
(apoſtoloꝝ) (ſcia apoſtoloꝝ noſtrã fragilitatem tranſcendit) († ſupficiẽ litere.)
cor regum inſcrutabile Aufer † rubi
(ſacro eloquio) († de ſubtilitate litere et figuralium ceremoniarũ.)
ginem de argento . et † egredietur
(ſpũalia miſteria)
vas puriſſimũ. Aufer impietatẽ de vultu regis · et firmabitur iuſticia thronus eius. Ne glorioſus appareas coram rege·et in loco magnorum ne ſteteris. Melius eſt em̃ vt dicatꝛ tibi·aſcende huc. q̃ꝫ vt humilieris coram principe· Quę viderunt oculi tui ne pferas i iurgio ci
(Si peccauerit i te fra. t. cor. e. inter te et ipſum ſolum.)
to. ne poſtea emendare nõ poſſis. cum dehoneſtaueris amicũ tuum Cauſam tuã tracta cũ amico tuo. ꝛ ſecretũ extraneo ne reueles . ne forte inſultet tibi cum audierit. ꝛ exprobrare ñ ceſſet. Grã ꝛ amicicia liberãt. quas tibi ſerua. ne exprobrabiliſ

Mala au. ⁊c. Sacra eloquia lectis ꝯparantur· quia requiem parant audientibus· argenteis· quia ſplendida fulgent virtutibus patꝝ. Unde Eloquia domini elo. ca. ar. ig. ex. Lectoꝝ ornatui mala ſupaddit aurea. qui diuina eloquia ſpiritualibus ſenſibꝰ ⁊ miſterijs plena exponendo de⸗monſtrat. Senſus enī mala vocant· quia de arbore vite· id eſt· dei ſapientia ſunt orti· aurea. q noticiā amoremq per petueq claritatis mētibus infundunt Mala ergo aurea in lectis argenteis· qui lo. ver. in tpe ſuo· quia q verbum dei oportune nouit iuxta audientium capacitatē predicare· modo exempla ac di⸗cta patꝝ· p quorū cu⸗ſtodiam ad requiē p⸗uenit eternam· iuxta literam replicat· modo ſuauiores in his ſenſuum ſpūalium fructus quibus pia audientiū deſideria paſcat· re⸗moto litere velamine pandit

Jnauris au. ⁊c. Recte humilis auditor inauri auree ꝯpa⸗tur· quia dum libēter increpanti ac docenti aurem accōmodat· iā ſe ad pcipiendā clari⸗tatē ſapientie celeſtis prepat· iam ſupne lu⸗cis viſioni appropiat Magiſter eruditꝰ mar⸗garito fulgenti· quia dum emendationem morum· dum ſupnoꝝ ſcientiam pie querēti⸗bus aperit. quaſi au⸗reo ornatui maiorē inſuper gratiorēq fulgorem gemme ardentis annectit

Sicut frigꝰ ⁊c. Jmportunum videtur tempe meſſis ningere. Nam et pꝰ. Quomo⸗do nix eſtate ⁊ pluuie in meſſe· ſic indecens ē ſtulti gloria. Sed tn̄ i feruenti paleſtina. nō parum delectabile eſt ſi ſubito frigus quo⸗modo in niue ſolet· adueniat· qd incendia ſolis aliquando refrigeret. ſudorem laborem tergat ardentes tempet anhelitus· cui bene legatus aſſimilatur fidelis qui mentē eius qui ſe miſit prudenter agendo repauſat.

Vir glorioſus. Jdem videtur. Ne lactes quenq labijs tuis. Sed illud eſt ne pmittendo hominē ſuſcipias· et non ꝯplendo decipias. Hoc autē ⁊ idem et quod dicit apoſtolus. Habentes ſpeciem pietatis verita⸗tem autē eius abnegantes

Mel inueniſti ⁊c. Poteſt ⁊ ſic intelligi quod poſt apte dicit Subtrahe pedem tuū de domo pximi tui Et ſi enī cuiuſlibet· vel locutionem. vel viſitationem· melle dulciorem inueneris· melius eſt tn̄ vt rarius veniē⸗do facias eum diligere aduentum tuū· q vel vna vice tamdiu cum illo maneas· vel totiens ad eum venias· vt faſtidiat

Dens putridꝰ ⁊c. Hieremias. Maledictus qui ponit ſpem ſuam i homine· et ponit carnem brachiū ſuum. Qui recte denti putrido et pedi lapſo compatur. quia vnicum hominis bonū. id eſt. adherere deo· et po⸗nere in deo ſpem ſuā· neſcit iſte· nec vite pcipere cibum· nec ad manſionem poteſt deſiderate ſalutis ptingere· ⁊ amittit pallium in die frigoris· quia ⁊ ſi in ſerenitate vite preſentis habitu religiōis videatur indutus· in die iu⸗dicij nudus patebit

Acetū i ni. ⁊c. Nitrum a nitria prouintia: vbi naſci ſolet dicitur· nec multū a ſalis amoniaci ſpē diſtat. Sicut enī ſalem ī litore maris. feruor cōficit ſolis· durādo ī petras aquas marinas. quas vis ventoꝝ· l' maris feruor ad litus pijcit· ita ī nitria· vbi eſtate pluuie plixiores tellurē infundūt· ardor nimius aquas excoq̄t ī petrā ſali l' glaciei ſimillimā h nihil gelidi rigoris. nihil ſalſi ſaporis hn̄tem. q tn̄ iuxta naturā ſalis in caumate durare. ⁊ nubiloſo aere fluere ac liqueſieri ſolet. Hac indigene ad lauā dū vtunt'. Un̄ Si la⸗ueris te nitro. ⁊ multi⸗plicaberis tibi herbā borith. maculata es ī iq̄tate tua. Crepitat aūt in aq̄ q̄i calx viua ⁊ depit. h aquā lauationi habilē reddit

fias. Mala aurea in lectis argen⸗teis· qui loquit' verbū in tēpe ſuo.
*ſ magiſter eruditus*
Jnauris aurea ⁊ margaritum fulgens· qui arguit ſapientē ⁊ aurem obedientē. Sicut frigus niuis in
*ſ Tpe pdicatōis inter feruores pſequentium. † ſ meſſis quidē mul. o. pau. ⁊ ſ pdicator miſ*
die †meſſis· ita legatus fidelis ei
*ſus a deo*
q miſit euȝ· animā illiꝰ requieſcere facit. Nubes ⁊ ventus ⁊ pluuie n̄
*ſ ſpēm ſanctitatis habens ſ virtutem*
ſequentes· vir glorioſus ⁊ pmiſ⸗
*negans· † ſ ferendo q p peccatis irrogant.*
ſa non ꝯplens. Patientia † leniet'
*ſ deus· ſ hūilis ſatiſfactō ſ domabit*
princeps· ⁊ lingua mollis confrin
*ſ contumacie prioris· † ſ paratū tibi· ſ Dulcedinē celeſtis intellectꝰ. q apum· id eſt· patrū officio paratur.*
get duriciā †Mel inueniſti· come⸗
*ſ nō plus ſape q oportet ſape· † ſ Cito contingent ⁊ ſ vltra vires querendo.*
de qd ſufficit tibi †ne forte ſatiatꝰ
*ſ pdas quod bene intellexeras*
euomas illud. Subtrahe pedē tuum de domo pximi tui· ne qn̄ ſatiatus oderit te. Jaculum ⁊ gladius et ſagitta acuta· homo qui loquit' contra pximū ſuū falſum teſtimo⸗nium. Dens putridꝰ ⁊ pes lapſus qui ſperat ſup infideli in die angu
*ſ beatꝰ qui cuſtodit veſtimenta ſua ne nudꝰ appareat.*
ſtie· ⁊ amittit palliū in die frigoris
*ſ Ebullit acetū in nitro· † ſ peruerſa mēs cor*
Acetū in nitro †qui cantat carmina
*rectione deterior ſuccenditur.*
cordi puerſo Sicut tinea veſtimē⸗to· ⁊ vermis ligno· ita triſticia viri
*ſ de corporalibꝰ et ſpūalibꝰ ali mentis·*
nocet cordi. Si eſurierit inimicus tuus ciba illū· ſi ſitierit da ei aquā
*ſ Ardorem caritatis*
bibere. Prunas enī ꝯgregabis ſuper caput eius· ⁊ dn̄s reddet tibi. Uentus aquilo diſſipat pluuias. et facies triſtis linguā detrahentē
*ſ Jn altitudine virtutum liberum et ſecretuȝ a ſeculi deſiderijs et vxoris vinculis*
Melius eſt ſedere i angulo doma
*ſ carnali voluptate· quotidianis*
tis· q cū muliere litigioſa· ⁊ in do
*nepharie mulieris contumelijs affici.*
mo ꝯmuni. Aqua frigida anime ſitienti· et nunciꝰ bonus de terra lō⸗
*† ſ os iuſti meditat' ſa. et lin. c. lo. iu. ⁊ ſ a dyabolo.*
ginqua. †Fons turbatꝰ pede ⁊ vena corrupta: iuſtus cadens coram impio. Sicut qui mel comedit mul⸗tum et nō eſt ei bonū· ſic qui pſcrutator eſt maieſtatiſ opprimet' a gloria. Sicut vrbs patēs· ⁊ abſq muroꝝ ambitu. ita vir qui non pōt in loquēdo cohibere ſpūm ſuum.

Ca. XXVI.

Quomodo nix in eſtate ⁊ pluuie i meſ⸗
*ſ nō indoctis honor docēdi cōmittat'.*
ſe· ſic indecens eſt ſtulti gloria.

Prunas. i. ardorē caritatis. nō enī doceret ſapīa vt bona inimico mali cā faceres. fit enī ſepe vt inimicuſ crebris victus bn̄ficijs odij ponat rigorē ⁊ calorē caritatis mēti apponat

Uētus aquilo Si hilari vultu audieris detrahentē. tu illi das fomitē detrahendi. Si vo triſti vt ait quidā diſcit n̄ libēter dicere. qd didicerit n̄ libenter audiri.

Meliꝰ eſt ⁊c. Doma ē excelſus ⁊ ſecretꝰ locus. Jn actibꝰ ei apoſtoloꝝ vbi petrꝰ ad ſuperiora aſcēdit ad orādum. p ſupiorībꝰ i greco doma ſcriptum eſt

Aqua frigi. ⁊c. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarū ita de. a. m. ad te deꝰ. Aqua ergo frigida q ſitientis ardorē extinguit. ⁊ nunciꝰ qui de lōge noua q̄libet et inopinata gaudia portat. aſſimilāt'. q ⁊ dulcedo diuine viſionis. animā diu deſiderantē ꝯſolat'· et ab eſtu tribulatōis liberat. ⁊ q̄tidie angli de terra lōginq̄. i· de ſupna patria deſcendētes in mundū. iuſtos vel inter tēptatōes ſpe celeſtiū roborāt· vel finito certamine: ad palmā retributōis inducūt

Fōs turbatꝰ ⁊c. Euenit ſepe vt q maiori ꝯditi ſcīa fulgebāt. ad vltimū plꝰ volētes ſape q fragilitati hūane ꝯceſſuȝ ē i inſipiētie foueā deci⸗dāt. Un̄ adiūgit. Sic q mel ꝯmedit mul. ⁊c. Dulcedo enī mell'ſi plꝰ q dȝ ſumat'. vn̄ delectat' comedēs necat'. Dulcis q ē inq̄ſitō maieſtatis· h qui vltra modū inq̄rit· ab eiꝰ glā opprimit'. q vt mel īmoderate ſumptū. pſcrutātis ſenſū· dū nō capit' rūpit No aūt h ſolū dȝ q̄ſq ſapiēs attēdere. h etiā ne ea q recte atq vtilit' ſcire potuit īmoderatiſ ſermōibꝰ inutilia reddat Un̄ addit. Sicut vrbs pa. ⁊c

Sicut v. p. Si ei mux ſilētij n̄ hȝ· pȝ inimici iaclis ciuitas mētis. ⁊ cū ſe p vba ſex emetipaȝ iacit. aptā ſe aduſario oſ̄dit. quā tāto ille ſine labore ſupat q̄to ⁊ ipa q vicit' ꝯ ſemetipſā p m'tiloq̄ū pugnat Ca XXVI

Quomodo nix ⁊c. Nix eſtate et pluuie i meſſe pſecutōes infidelium

tempe ꝑdicatōis· que dum forte grauiores i ſiſtunt· ⁊ calorē in mul tis impediunt dilectō nis· ⁊ fruges bone ope rationis fedant· qui bus gloria ſtulti ꝯpar quia ſi indocto cathe dra docendi tribuit: eque p hoc eccleſia vt infidelium pſecutione leditur· qd arriane tē peſtatis calamitas ꝓ bauit.

Nam ſicut a. ⁊c. Verba compat aui bus· quia p aera traſ uolant ab ore loquen tis ad audientem· ſed auis ſepe reſidet: vbi vtilitas aut neceſſitas non eſt. Verba autē non diſperſa in uentū euaneſcunt· ſ cuncta i autorem reuertunt· et vel bene prolata. iu uant loquentē. vl' ma le grauant· ita vt pro omni ocioſo verbo ra tōnē in die iudicij red dere cogamur. Quā to magis aūt maledi cta non que maligne i inſontem iaculantur. ſed et illa que negligē ter paſſim in quoſlibz proferunt· non alium ſed ipſum maledicum opprimunt. Maledi ci eīn regnum dei non poſſidebunt. Nō aūt ſine cauſa addit· Ma ledictum fruſtra ꝓlatū Eſt eīn maledictū iux diuinam iuſticiam· vt pecunia tua tecū ſit i ꝑditōne· ⁊ anathema ta eccleſie· de quibus Quecunqz ligaue· ſup ter. l. e. ⁊ in c clis.

Ne reſpōdeas ⁊c. Reſpōde ſtulto iux ſtulticiā ſuam ⁊c. Nō ſunt contraria· vtrūqz eīn pro tempe ⁊ perſo narum diuerſitate cō cordat· dum ⁊ ſtultus contemnit· quia nō re cipit ſapiētiam· ⁊ ſtul ta ſuperbia a ſua de cutitur ſtulticia. Vñ. Factus ſum inſipiens vos me coegiſtis.

Claud⁹ pe. ⁊c. Poteſt ſapiens ſtul tum mittere neſciens. Nec tñ ſapientie ſue glām ꝑdit· quia de ignoto bo num qd audierat credit. Sed qui hereticū ſciens mittit ad predicandū claudus eſt pedibus et iniquitatem bi. quia ⁊ operis boni foris inceſſum amiſit· ⁊ interiora ſui ſenſus hauſtu ſtulticie debriat.

Quō ſi ſpi. ⁊c. Spina naſcitur in manu temulenti. cum in operibus eius qui carnalibus ſeruit illecebris punctiones oriunt ſcelerum. quibꝫ re cte parabola quā ſtultus ꝓponit aſſimilatur. quia et ſi verba prudētie no uit dicere. in his tñ viciorū punctiones· quibꝫ vel ſe vel ꝓximū lacerat vita

Nā ſicut auis ad alta traſuolās. ⁊ paſſer quolibz vadēs· ſic maledi ctū fruſtra ꝓlatū in quepiā ſupue (in ꝓferentem.) niet. Flagellum equo et chamus aſino· et virga i dorſo imprudētiū. Ne reſpōdeas ſtulto iuxta ſtulticiā ſuā· ne efficiaris ei ſimil'. Reſpōde ſtulto iuxta ſtulticiam ſuā· ne ſibi ſapiens videat eſſe. Claudus pedi bus ⁊ iniquitatē bibens· q̄ mittit verba p nunciū ſtultum. (ꝑdicationis) (hereticum) Quomo do pulcras fruſtra habet claudus tibias· ſic indecens eſt in ore ſtul torum ꝑabola. Sicut qui mittit la pidem in acerūū mercurij· ita q̄ tri (deos gen tium cultu veneratur inani) buit inſipienti honorē. (heretico) (docendi) Quomō ſi ſpina naſcat in manu temulēti· ſic (punitōes) (opibus) ꝑabola in ore ſtultorū. Iudiciū de terminat cauſas· ⁊ q̄ imponit ſtul to ſilentiū· iras mitigat. Sicut ca nis qui reuertit ad vomitū ſuū· ſic imprudens qui iterat ſtulticiā ſu am. (nequiciam.) Vidiſti hominē ſapientē ſibi videri· magis illo ſpem habebit in iſipens. (dyabol⁹) (iuſticie) Dicit piger· leo eſt in via· leena in itineribus. (male delectationes.) Sicut hoſtiū vertit in cardine ſuo· ita piger in le (ad op⁹ bonū) ctulo ſuo. Abſcondit piger manus ſub aſcella ſua· ⁊ laborat ſi ad os ſuum eas ꝯuerterit. Sapientior ſi bi piger videt· ſeptem viris loquē (Al's ſtult⁹) (ſeptiformi grā imbutis.) tibus ſententias. (ſcripture.) Sicut qui apꝑ hendit auribus canē· ſic qui tran ſit impatiens ⁊ ꝯmiſcebit rixe al teri⁹. (al's cōmiſcetur.) Sicut noxius eſt qui mittit lanceas ⁊ ſagittas in mortē· ita vir qui fraudulenter nocet amico ſuo et cū fuerit deprehēſus dicit· ludēſ feci· Cum defecerit ligna extingue tur ignis· ⁊ ſuſurrōe ſubtracto. iur gia ꝯquieſcūt. Sicut carbones ad prunas ⁊ ligna ad ignē· ſic hō ira cundus ſuſcitat rixas (litis incētoris. bilinguis) Verba ſu ſurronis quaſi ſimplicia· ⁊ ipa ꝑue (ſimulat laudem verborū et querit vnde iurgia ſeminat) niunt ad intima cordis. Quomo do ſi argento ſordido ornare velis vas fictile· ſic labia tumentia cum peſſimo corde ſociata. Labijs ſuis intelligit inimicus. cum in corde tractauerit dolos. Qñ ſūmiſerit vo cem ſuām· ne credideris ei· qm̄ ſe ptem nequicie ſunt in corde illius Qui opit odiū fraudulenter reue labit malicia eius in ꝯcilio. Qui fo dit foueam incidet in eā· ⁊ qui vol uit lapidē reuertet ad eū. Lingua fallax nō amat veritatē· ⁊ os lubri cum opatur ruinas.

Ca. XXVII

NE glorieris i cra ſtinum· ignorans q̄d ſupꝑ uentura pariat dies. (vl' ali enus.) Laudet te ali enum et nō os tuū· extrane⁹ ⁊ non labia tua. Graue eſt ſaxū ⁊ oneroſa

re nō nouit. Sepe eīn dum bona dicit· aut ſuam laudē. aut vitu peratōnem q̄rit aliorū.

Sicut ca. ⁊c. Ca nis vomens cibū quo pectus eius premebat abijcit· cū redit ad vo mitū quo leuatus fue rat onerat. ⁊ q̄ admiſ ſa plangunt nequiciā que mentis intima de primebat ꝯfitendo ꝓ ijciunt. quā poſt con feſſionem dū appetūt reſumunt

Vidiſti ho. Vñ. In iudicium ego i hūc mundum veni. vt q̄ ñ vident videant. ⁊ qui vident ceci fiant

Dicit piger ⁊c. Multi cum verba ex hortationis audiunt. dicūt velle ſe viā inci pere iuſticie. ſ a ſatha na retrahi ne ꝑficiant ſicqꝫ excuſando ſemꝑ in lecto ſui torpis ſicut hoſtiū in cardine ver tūt· ⁊ mō exire ad opā dum. modo ad qui eſcendum redire ꝓpo nentes. in ſuis iacere ꝑ nitatibus ñ deſiſtunt.

Sapiētior ⁊c. Septem viri loquen tes ſententias. ſeptifor mi grā pleni nobis ſen tentias ſacre ſcripture miniſtrātes· quibꝫ ſa pientior ſibi ſtult⁹ vi detur. qui dicit. l' non debere. vel non poſſe īpleri. que illi dictāte ſpūſancto hominē fa cere iuſſerunt· et mltos perfeciſſe mōſtrauerūt

Sicut qui ap. Noli verbis ꝯtendere ad nihilū vtile eſt niſi ad ſubuerſionē audiē tiū· Quicūqz ſimplex ſenſu eſt. ⁊ duobus in ter ſe iurgantibus mor daci ſermone capta ē aure cito incipit quaſi canis latrare· ⁊ in ꝯtē tiones generare· ſ ſapi ens omnino vitat.

Ca. XXVII.

Ne glorieris ⁊c. Ne ſecurus ſis aliqñ de futuro. quia ⁊ ſi ho die ſeruis dño· qualis eſſe in futurū poſſis· quomodo vitam finire ꝑſus videre non vales· Bea tus homo qui ſemꝑ eſt pauidus.

Graue ē ſaxū. Graue eſt vl' vno crimine capitali· quaſi pōdere ſaxi deprimi. vel quaſi glareis arene innumeris peccatis leuioribꝫ onerari. Sꝫ vtroqꝫ grauior eſt ira ſtulti. qꝛ hec quo certius q̄ ſint mala pateſcunt. eo acrius vt caſtigent pungūt. ira vo qꝛ nō corpale ſ ſpūale viciū eſt. q̄ min⁹ dephēdit eo āpli⁹ gꝛuat. Vñ ñ abſolute irā. ſ irā ſtulti dic ſaxo ⁊ arena g̃ uiorē Nā ſapiētes quō act⁹ ⁊ ſmōes. ita mētis q̄ȝ mot' examināt ⁊ caſtigāt·

¶ Ira ſtulti. de quo ſupra. Ira eñ iuſti nõ talis Nam de moyſe dictũ eſt· quia exiuit a pharaone irat⁹ nimis. De tali ira dictũ eſt. Melior ē ira riſu· q2 p triſticiã vultus : anim⁹ corrigit᷑ delinq̃ntis Ira ſtulti vbi incãdu erit· mox viſcera pietatis amittit ⁊ furori frena laxat

¶ Melior eſt ⁊c. Amor abſcondit⁹ illicitus vt adulterinus· Qui ei male agit odit lucem. Huic iure manifeſta correctio p̃fert᷑ Melius eſt eñ deſiderio corrigendi palã corrigere· q̃ ſtudio ſimiliter peccandi clam diligere.

¶ Anima ſatu· ⁊c Anima diuitũ· q̃ hñt conſolatõẽ ſuã· quib⁹ dr̃. Ve vobis q̃ ſaturati eſtis· q2 eſurietis· ſpnit auditaꝫ celeſtis regni dulcedinẽ. Anima aũt eoꝝ q̃ eſuriũt ⁊ ſitiunt iuſticiã, adũſa ſeculi ⁊ mortẽ ipſaꝫ p dño pati dulce hꝫ

¶ Sicut auis ⁊c. Sicͭ auis oua vel pullos quos fouerat raptui exponit· ſic ꝟtutes in q̃b⁹ pficiebat q̃ deſerit· ĩmundis ſpiritib⁹ pdit Vñ dic ali bi. Si ſpũs hñtis poteſtatẽ aſcẽderit ſup te locũ tuũ ne dimiſeris Nõ eſt. Si tẽptatio dyaboli inſtiterit tibi ne a bono qd̾ faciebaſ deſiſtas

¶ Melior ē vici. ⁊c. Melior ẽ tibi qui animi fratna dilectõe vl̾ ſocietate ꝯnectit᷑· q̃ german⁹ frat᷑ q̃ fidei ⁊ pietatis iura tecũ hr̃e ꝯmunia negligit. Vñ Hõ quidã deſcendebat ab hieruſalẽ ĩ ie. ⁊ in· in l. ⁊c.

¶ Qui bñdicit, p. id eſt· qui fauore ſupflue laudis cũ extollit. vel malis fauẽdo· vel bona plus ęquo laudando. Sꝫ hic maledicenti aſſimilat᷑· quia vl̾ in malo ope laudãdo ꝯfidentiã tribuit· vl̾ in bono ope ſimplicitatẽ puri cordis minuit. vt quod ſuperni amoris cã ĩcepat hũano fauore finiat

¶ Ferrũ fer· ⁊c. Bona conſolatio conſilium ſapientium· qui dum ſe inuicẽ conſolando inſtruunt· ferrum ferro acuitur

¶ Infern⁹ ⁊c. Inferni tormenta nõ replent᷑ terminũ accipiẽdo· Similiter ⁊ intentõnes eoꝝ q̃ terrena ſapiũt· inſatiabiles ſunt in deſiderio peccandi. Ideo eñ ſine fine puniũtur· quia voluntatẽ habuerũt ſine fine peccandi· ſi naturã haberẽt ſine fine viuendi.

eſt arena· ſed ira ſtulti vtroq̃ grauior. Ira nõ habet miſericordiam nec erũpens furor· ⁊ impetũ ꝯcitati ſpũs ferre quis poterit? Melior eſt manifeſta correctio· q̃ amor ab-
ſ Vtiliora ſ verbera·
ſconditus. Meliora ſunt vulnera
ſ dei ſ Flagellat enim deus quem diligit
† ſ q̃ dyaboli blandimentis decipi· qui noſtris fauet erratib⁹· quaſi parũ ſit quod peccamus et vltra modũ ſeuiens tribulatõ quam deo diſpenſãte toleram⁹. ‡ ſ id eſt blãdimenta
diligentis † q̃ fraudulenta ‡ oſcula
ſ dyaboli· ſ Diuitum ‡ ſ mũdanis· † ſ dulcedinem celeſtis patrie.
odientis. Anima ‡ ſaturata † calca-
ſ iuſticiam·
bit fauum· anima eſuriens etiam
ſ aduerſa ſeculi ſ mortem † ſ beatitudine
amaꝝ p † dulci ſumet· Sicut auis transmigrans de nido ſuo· ſic vir qui relinquit locũ ſuum. Vnguento ⁊ varijs odoribus delectat᷑ cor· ⁊ bonis amici conſilijs anima dulcoratur. Amicum tuũ ⁊ amicũ patris tui ne dimiſeris· ⁊ domũ fratris tui ne ingrediaris in die affli-
ſ vt ſamaritan⁹
ctionis tuę. Melior eſt vicinus iu-
ſ vt ſacerdos vel leuita·
xta· q̃ frater pcul. Stude ſapiẽtię
ſ vel tuũ·
fili mi· ⁊ lętifica cor meũ· vt poſſis
ſ contradicenti
reſpondere ſermonẽ Aſtut⁹ vidẽs
ſ aplĩ· ſ qua
malũ abſconditus eſt, puuli trãſe-
ſi viatores ſ multa opprobria·
untes ſuſtinuerũt diſpendia. Tolle veſtimentũ eius qui ſpopõdit p extraneo· ⁊ pro alienis aufer ei pignus. Qui bñdicit, primo ſuo voce grandi de nocte conſurgẽs· maledicẽti ſimilis erit. Tecta pſtillantia in die frigoris· ⁊ litigioſa muli-

¶ Diligẽter ⁊c. Paſtori eccię dr̃ Diligent᷑ adhibe curã eis q̃b⁹ te pẽſſe ꝯtigerit· agnoſce animos act⁹q̃ ſingloꝝ· ſi q̃d vicij in eis ĩueneris, cit⁹ caſtigare memẽto. Nõ eñ tu ſp paſcẽdi dñicas oues poteſtatẽ habebis. Sꝫ eternã papies coronaꝫ· ſi tuo tpe bñ paueris.

er ꝯpant᷑· Qui retinet eam quaſi q̃ ventuꝫ teneat· ⁊ oleum dextrę ſuę euocet. Ferrum ferro exacuit᷑· ⁊ hõ exacuit faciẽ amici ſui. Qui ſeruat ficum comedet fruct⁹ eius· ⁊ qui cuſtos eſt dñi ſui glĩficabit᷑. Quõ ĩ aquis reſplendẽt vultus, pſpicientiũ ſic corda hominũ manifeſta ſũt prudentib⁹. Infernus ⁊ pditõ nũ q̃ replẽtur· ſimiliter ⁊ oculi hominum inſatiabiles. Quõ probatur in conflatorio argentũ ⁊ in fornace auꝝ· ſic probatur hõ ore laudãtium Cor iniqui exquirit mala. cor aũt rectum exquirit ſciam Si contuderis ſtultuꝫ in pila quaſi tipſanas feriente deſup pilo· nõ auferetur ab eo ſtulticia eius· Diligenter agnoſce vultũ pecoris tui· tuoſq̃ greges cõſidera Non eñ habebis iugiter poteſtatẽ· ſed corona tribuetur tibi in generatõne generationum· Aperta ſunt prata· ⁊ apparu-
† ſ Auferet᷑ a vobis regnũ dei· et dabit᷑ g. f. f. c.
erunt virẽtes herbę † ⁊ collecta ſũt
† ſ iudeis ſuper his· ‡ ſ Innocentes.
fęna de † montibus ‡ Agni ſunt ad
ſ penitẽtes
veſtimentũ tuũ ⁊ hedi ad agri pręcium Sufficiat tibi lac capraꝝ in cibos tuos· ⁊ in neceſſaria domus tuę· ⁊ ad victum ancillis tuis.

¶ Aperta ſũt pra. Apta ſunt mo paſcua ſacramẽtoꝝ cęleſtiũ· q̃ diu fuerãt figuris legalib⁹ clauſa, appamit nouitas euãgelicę ꝟitatis et gratię collecta ſunt in pabulũ gregis dei ſcripta veteꝝ pim ablata q̃dẽ ſupbis in deis falce diuinę iudicij· ⁊ hũilib⁹ eccię pplis ad ſpũale ſubſidium data

¶ Agni ſũt ad ve. ⁊c. Agnoꝝ velleribus veſtieris· dñ hõis diſcipuloꝝ obediẽtium morib⁹ paſtor ipẽ, pfeceris· eoꝝq̃ laudabilia fcã cernẽs· ⁊ ĩ ornatu ꝟtutũ ⁊ ĩ calore dilectõis ipẽ glo̾ſus exteris· hedis agꝝ ꝯpas dñ peccores ad pnãm vocãdo ſublimiorẽ tibi in terra viuentium locum aquiris

¶ Sufficiat tibi lac. c. ⁊c. Tãta inſtãtia pec⁹ ꝯmiſſũ paſce· ne tibi lac ęſtate nouũ vl̾ frigore deſit· ſꝫ tibi ſp tuiſq̃ ſufficiat Nõ ẽ. Tã ſedulo doctrię ĩſta vt etiã q̃ſdã penitẽtes ad officiũ docendi, puehas, ⁊ p illos q̃ pridẽ p feditate vicio rũ ad ſiniſtraꝫ iudicis videbãt᷑ eẽ pondi. mõ ratõabiles ⁊ ſine dolo lac ꝟbi puul̾ ſenſu miſtret᷑· Fit ãt lac capruꝫ ad victũ ancill̾· qñ hi q̃ nõdũ amore pfecto ſꝫ adhuc timore ſeruili dño deſuiũt· p exẽplũ vl̾ ꝟba eoꝝ q̃ p pnãꝫ ſalui fcĩ ſũt viuificaſ᷑ ꝟbi epul̾ reficiunt᷑· ⁊ ad maiora ĩcremẽta ꝟtutũ iuuant᷑. Quidã ſꝫ qd̾ dictũ ẽ· apta ſunt p̃. ⁊ ap· her. vi. ⁊ col. ſunt f. de mõ. Agni ſunt ad ueſti. t. ⁊ he. ad a. p̃ci. ita expoſuit Apta ſunt monumẽta· apparuerunt corpa rediuiua· ſequeſtrati ſunt peccatores a ſcĩs. collectum eſt fenum ad ꝯburendũ de locis excelſis. Sequeſtrati ſunt agni ad dexterã. hedi ad ſiniſtrã· Agni ad veſtimentũ regis· q2 ipſe dixit. Inhabitabo in eis· hedi· pro precio ſanctorum quib⁹ nocuerãt ignibus tradentur

¶ Ca. XXVIII.

F Vgit impius

¶ Ca. XXVIII.

¶ Fugit ĩpius. Qui nõ eſt fortis etiã ſi nullus pſequat᷑ põte fideꝫ deſerit· dum latrocinijs vl̾ piurijs alijſq̃ hu⁹mõi infideli ſe ſimilẽ reddit·

Juſtus aũt quaſi leo: in occurſu beſtiaꝝ nõ trepidat· q: ſe omibuſ ꝓualere non ignorat. Vñ· iuſti ſecuritas le/oni ꝯparatur· q: cũ quoſlibet inſurgere ꝯſpiciat ad mentis ſue ꝯfidentiam redit. ꝛ ſcit q: vicit· q: ſolũ diligit quẽ nemo inuitꝰ amittit.

¶ Qui aũt re. ꝛc. Omnia aiaduertunt electi. id eſt. ꝛ futuruꝫ diſcrimen vniuerſalis iudicij· et quibꝰ o gibꝰ requies· quibꝰ pena retribuatꝛ eterna.

¶ Qui decipit ꝛc Qui ꝑ doctrinã hereticam decipit amatores iuſticie: vt a vita te deuient· ip̃e ꝑ maliſ penã quã meretꝛ incurrit· bona autẽ ſiq̃ gerebat. vl' vtilia ſcribẽdo vel ꝯtinenter viuẽdo iuuant· alios vl' legentes vel audiẽtes exemplum· etiaꝫ de caſu eiꝰ ſumũt.

¶ In exultatõe ꝛc Non de p̃ntibus. ſed de eternis i futuro bonis. nõ de creaturis· ſꝫ de creatore cuiꝰ viſiõe letantꝛ Vñ Letamini in dño ꝛ exultate iuſti Vel in exultatõne in. ml'.g. q: dnꝫ electos in hac vita euenientibuſ ꝓſperis exultare contigerit· m'lta dño gloria ex plurimoꝝ fide ꝛ p̃ijſ opibus datꝛ. regnantibus impijs ru. bo. Sicut m'lti q̃ dant glam deo: cum iuſtos in ꝓ/uectu virtutuꝫ gaudere ꝓſpiciunt· ita dũ ſuperbi regnãt· ſue perfidie multos ꝯplicant· quod ꝛ de paganis ꝛ hereticis ꝛ mal' catholicis poteſt accipi

¶ Beatꝰ homo ꝛc Ira iudicij tãto diſtrictior portabitꝛ. q̃to nũc minus timetꝛ Vñ. In die maloꝝ: ne ſis immemor bonoꝝ ꝛ i die bonorũ ne ſis immem or malorum.

nemine ꝓſequẽte. iuſtus aũt quaſi leo cõfidẽs abſq; terrore erit. Propter peccata terre multi principes eius· ꝛ propter hominis ſapientiã ꝛ hoꝝ ſciam que dicuntꝛ vita dulcis longior erit· Vir pauꝑ calũnians paupes· ſimilis ẽ ymbri vehementi i quo ꝑatur fames. Qui derelinquũt legẽ laudant impiũ· q̃ cuſtodiunt ſuccẽduntꝛ contra eũ. Viri mali non cogitant iudiciũ. q̃ aũt
(gloss: ſ in futuro.)
requirunt dñm animaduertũt omnia. Melior eſt pauꝑ ambulans i ſimplicitate ſua· q̃ꝫ diues prauis itineribus. Qui cuſtodit legẽ· filiꝰ ſapiẽs eſt· qui aũt comeſatores paſcit confundit patrẽ ſuũ.
(gloss: ſ lenones ſ diſſipatores bona patris furando)
Qui coaceruat diuitias vſuris ꝛ fenore liberali· in paupes eas congregat. Qui declinat aures ſuas ne audiat legẽ· oratõ eius erit execrabilis. Qui decipit iuſtos in via mala· in interitu ſuo corruet· ꝛ ſimplices poſſidebunt bona eius. Sapiens ſibi videtꝛ vir diues· pauꝑ aũt prudẽs ſcrutabitꝛ eum. In exultatõe iuſtorum multa gloria eſt· regnantibus impijs ruine hominũ. Qui abſcõdit ſcelera ſua non dirigetꝛ· qui aũt confeſſus fuerit ꝛ reliquerit ea miſericordiam ꝯſequetꝛ. Beatꝰ homo qui ſemꝑ pauidꝰ eſt. qui vero mentis eſt dure· corruet in malũ. Leo rugiẽs ꝛ vrſus eſuriens princeps impius ſuꝑ populũ paupem.
(gloss: ſ ꝑ futura pena; ſ nõ timentis; ſ ſeuiẽs· ſ ſic ferina ſeuicia; ſ paganꝰ vel hereticꝰ; ſ ſanctã eccleſiã.)
Dux indigens prudẽtia· multos opprimet ꝑ calumniã· qui aũt odit auariciam longi fiẽt dies eius Hominẽ qui calũniatꝛ anime ſanguinẽ eius·
(gloss: ſ .i. peccatum)
ſi vſq; ad lacum fugerit nemo ſuſtinet.
(gloss: ſ inferni; ſ ſubleuat.)
Qui ambulat ſimpliciter ſaluꝰ erit· qui ꝑuerſis gradietꝛ vijs concidet ſemel. Qui oꝑatur terrã ſuam ſatiabitꝛ panibus· qui ſectatꝛ ociuꝫ replebitur egeſtate.
(gloss: ſ agri vl' corꝑis; ſ frumẽto vel virtutibꝰ; ſ ſꝫ; ſ in quo libet predictorum.)
Vir fidelis m'tum laudabitur· qui aũt feſtinat ditari· nõ erit innocẽs Qui ꝯgnoſcit in iudicõ faciẽ non bñfacit iſte· ꝛ ꝑ bucella panis deſerit veritatẽ
(gloss: ſ ꝑſonam; ſ paruo precio.)
Vir qui feſtinat ditari ꝛ alijs inuidet· ignorat q̃ egeſtas ſuꝑueniat ei· q̃ corripit hominẽ· grãm poſtea inueniet apud eum· magis q̃ꝫ ille qui ꝑ lingue blandimenta decipit. Qui ſubtrahit aliq̃d a patre ſuo· ꝛ a matre· ꝛ dicit hoc non eẽ peccatum· ꝑticeps homicide ẽ. Qui ſe i actat ꝛ dilatat: iurgia ꝯcitat· q̃ vero ſpat i dño ſanabitur Qui cõfidit in corde ſuo ſtultꝰ ẽ. Qui autẽ graditur ſapiẽter ip̃e laudabitꝛ Qui dat pauperi non idigebit· q̃ deſpicit deprecantẽ ſuſtinebit penuriã Cũ ſurrexerint impij abſcondẽtur homieſ cum illi ꝑierint multiplicabũtur iuſti.
(gloss: ſ perſequendo· ſ ſi vos ꝑſecuti f. in. v. c. f. i. a· ſ nature ordinẽ ſeruãtes. ſ Peſtilente flagellato ſapientior erit ꝑuulus. ſ a perſecutione· ſ etiã de numero impiorũ)

## ¶ Ca. XXIX

Viro qui corripientẽ dura ceruice ꝯtẽnit· repẽtinus ſuꝑueniet interitꝰ· ꝛ eũ ſanitas nõ ſeq̃tur· In multiplicatione iuſtoꝝ letabitur vulgꝰ· cũ impij ſumpſerit principatũ· gemet populus. Vir q̃ amat ſapiam letificat patrẽ ſuum· q̃ aũt nutrit ſcortũ ꝑdet ſubſtantiã. Rex iuſtus erigit
(gloss: ſ Idẽ quod hoies; ſ doctorem. ſ.; ſ .ſ· principũ.)

¶ Vir qui fe· ꝛc. Qui augere opes ambit: peccatum negligit more auium captꝰ· cuꝫ eſcam terrenã auidus inſpicit quo ſtrangulatur peccati laqueo· nõ agnoſcit· cũ q̃libet mũdi bona deſiderat: q̃ d' futuro damna pati at' ignorat.

¶ Cum ſurrex. impij ꝛc. Eoſ dẽ homines quos iuſtos dicit· quia iuſti creatõis ordinem ſeruãt. Vñ i iob de penitente. Reſpiciet homines. ꝛ dicet peccaui. Quod eſt Reſpiciet eos qui naturam humane creatõnis cuſtodiũt· ꝛ ſe peccando iumentiſ aſſimilatum agnoſcit.

¶ Homo qui ⁊c. Qui fictis ſermonib⁹ primū laudat· parat ei inſidi-as· quib⁹ in piculum verbi aut opis ſecurior incidat. Sed videam⁹ q̄ ca-piatur· cui fit· aut qui facit. Sequit. Peccantē vi. ini. inuol. ⁊c. Nō ergo iuſto laqueus peccan-tium etiā ſi corpaliter pimat nocet· ſed ipos in ppetuum damnat· ⁊ gaudentib⁹ iuſtis ac dei iudicium laudan-tibus· vel de ſua ere-ptione· vel de pditōe malorū. Deniq̃ dau-ſulam prioris verſus antiqua editio mani-feſte poſuit. Retia cir-cundant pedib⁹ ſuis. Ex ambiguo eñ gre-co vtrūq̃ interpretari poteſt· nam qui fodit foueam primo ſuo in-cidet in eam.

¶ Vir ſapiēs ⁊c. Doctor fidelis ⁊ ſapi-ens· ſi cū infideli· ⁊ con-tumace ptenderit· ſiue tormenta reproborū ſeu gaudia narret bo-norum fruſtra erga in-ſenſatum laborat· ſiue eñ lamenta penitētie ſuadeat. ſeu bone ope-rationis que ſint pre-mia dicat· nō audit a ſtulto. Hinc dicitur. Lamentauim⁹ vobis et nō planxiſtis· cecini-m⁹ vobis ⁊ ñ ſaltaſtis

¶ Totū ſpūm ſ. p. ⁊c. In patiētia im-pellente· totus ſpūs fo-ras prumpit· quē nul-la intus diſciplina ſa-pientie cōcludit. Sa-piens differt ⁊ re. ipo. leſus eñ in pn̄s. ſe vl-ciſci non deſiderat· q̄r etiā tolerans parci op-tat· ſed tñ iudicanda omnia in iudicio non ignorat. Hec dicit. ſ. antiqua trāſlatō. To-tam irā ſuam profert impius. Sapiēs autē diſpēſat p ptes· quia ſtultus ad vltionē ſu-am ire pturbatōe ſuc-cendit. Sapiēs āt pau-latim eam maturita-te cōſilij extenuat ⁊ ex-pellit

¶ Pauper ⁊ ⁊c. Paup eſt humil' au-ditor· creditor p̄dica-tor· q̄ verbi pecuniam cōmittit· q̄ obuiāt ſibi cū in vnā pietatis gra-tiā pueniūt· vtriuſq̄ illuminator ē domin⁹ quia nec iſte predicat nec ille credit ſine dei munere. Unde. Sine me nihil poteſtis facere.

¶ Cū pphetia. Cū ſacerdotis eruditō ceſſauerit· ſoluet ptinuo diſcipli-na diuine legis. q̄ ad beatitudis p̄mia ptingere debuerat.

¶ Vidiſti hominem ⁊c. Graue quidē viciū ſtulticie· ſ nō leui⁹ verbo

